



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XLIX. Solemnis professio Ignatij, & sociorum, ad. S. Pauli extra muros.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

Ignatio recepisset se, quod denique sentiret hoc eius scripto transmissorum, liberè tum illum munere excludendo, quod ei imponebant; tum eius excludendi rationes quibus iis satisficeret addendo; hac diligentia contentus Ignatius, Christi resurgentis solemnni festo ad socios rediit interieō inde tridui tempore, tulit ipsemet F. Theodosius mentem suam schedio consignatam quæ coactis in vnum sociis perlecta, iubebat Ignatium eorum suffragiis parere, omnique in posterum iniicienda mora abstinentendo, iniuncto officio cervicem subdere: tunc ad extreum, Deo morem, ac sociis gerens, munus Generalis præpositi suscepit 19. April. 1541. Sed interim dum expectaretur à F. Theodosio responsum, visus est Deus serum suum ad regendi officium animare, indicans prædictum protestate, atque imperio quod esset humano potentius. Erat domi famulus, Cantaber adolescens Matthæus nomine, hunc postquam Ignatius in Ianiculum secessisset, mox cœpit, qui ante latuerat cacodæmon, crudellem in modum diuexare, spumabat, vulubat, vociferabatur, allidebatur solo, fixisque interdum sic hærebat, ut homines decem vix illum inde reuellerent. Distendebantur illi fauces, & vultus tumoribus subitis qui signo crucis ab Sacerdote adhibito, inde illico detumentes, partem aliam inflabant. Hic qui aderant nonnulli, increpito dæmoni, ad futurum quantocius minantur Ignatium, qui eum iniqua usurpatione exturbaret. Ad quæ is furens, & torqueri se vehementer prodens, exclamat, nominare sibi illum desinerent quo nullum haberet inimiciorem: reuersus domum Ignatius, & iuuenis casum miseratus, eum in cubiculum seducit, breuique ad Deum preicatione fusa, foras ab dæmons omnino liberum producit.

**XLIX.** Creato Præposito, inter Patres conuenit, vt sexta eiusdem hebdomada feria, solemnia profiterentur vota. Quare ad stationes Ecclesiarum septem obeundas egressi, ad S. Pauli cum venissent, in altari B. Virginis Ignatius fecit (erat tunc id altare ad lœvam maioris, nunc infra eius gradus, translatum ad dextram visitur, è regione lignei crucifixi qui S. Brigidam est affatus) iamque sumendum Christi corpus manu altera tenens, professionis formulam altera, ad adstantes conuersus, de scripto illam pronunciat; post sanctissimam hostiam de more sumit, tum collectis patena sacratis quinque particulis, versisque ad socios iterum, professio-nes eorum excipit, eadem conceptas formula, nisi quod Præposito Generali ea promittebant, quæ Generalis, Christi Vicario: inde omnes Christi corpore impertit, post quæ gratis ritè actis, quasi tāque venia quam ad altaria eius Ecclesia obtinendam proposuere Pontifices; ad aram maiorem conuenere, ibique amplexu, & manus osculo Generalem Ignatium salutarunt, non absque dulcibus tum suis, tum circum adstantium lacrymis.

**L.**  
*De Iesu nomine quo Societas vocatur.*

Hunc habuit exitum secundus labor Patriarchæ sancti. Primum enim in fingendo seipso posuit, ductis ab omnium abdicatione ad perfectam

cum